Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

que cecidens oppressit liberos tuos et mo
tui sunt et effugi ego solus ut nunciarem tibi.
Tunc surrexit iob et scidit tunicam
suam et totondit caput cecidens in terram
adorauit et dixit Nudus egressus sum
de utero matris mee. nudus redibo illuc.
Dominus dedit dominus abstulit sicut domino placu
it ita factum est sit nomen domini benedictum. T
In omnibus his non peccauit iob labiis
suis neque stultum aliquid de deo locutus
est. Factum est autem cum quadam die uenis
sent filii dei et starent coram domino ue
nit quoque et sathan inter eos et stetit i
spiritu eius. Et dixit dominus ad sathan.
Unde uenis? Qui ridens ait. Cir
cuiui terram et perambulaui eam. Fia. iii.
Et dixit dominus ad sathan. Numquid
considerasti seruum meum iob. quod non sit ei simi
lis in terra. uir simplex et rectus ac ti